

- de mandato Sac. Congreg. & coniecti in carceres Nuntiaturæ, Sac. Congreg. Episcop. & Regul. mense Aug. 1683. dedit Nuntio facultatem procedendi usque ad sententiam exclusive, frustra prætententibus Regularibus procedere contra supradictum in vim privilegiorum suæ Religionis; postea Sac. Congreg. Immunitatis decrevit, ut retento in carceribus reo procedat tribunal Nuntiaturæ ad impinguationem processuum, quatenus opus sit, deinde iis legitimatis, assignet defensiones, & transmittat. Sac. Congreg. Immunit. in Capuana, seu Neapolitana 12. Julii 1689. lib. Decret. Martelli pag. 491.
- 72 Præterea quatenus idem Regularis pertinaciter respondere nolit sub prætextu, quod fuerit extractus ab ecclesia, datur Nuntio facultas illum torquendi solum pro habenda responsione, non vero pro habenda confessione delictorum. Sac. Congreg. Immunit. *ibid.*
- 73 Deinde Sac. Congreg. sic decrevit cum Eminent. Protectore, ut detradatur in carcerem formalem alicujus monasterii suæ Religionis ad correctionem per triennium, & ultra, arbitrio ejusdem Eminent. Sac. Congregat. Immunit. in eadem 16. Januar. 1691. lib. Decret. Martelli, pag. 717.
- 74 Et cum supplicaret sibi commutari carcerem Religionis in aliqua alia Religione, vel in carceribus quibuscumque ecclesiasticis sub prætextu timoris contra propriam vitam; Sac. Congreg. respondit, in decisis, & amplius non proponatur. In eadem 31. Jul. dicti anni & lib. pag. 747.
- 75 Tandem ad proces ejus matris decrepita, ejusdem ope indigentis, & habita attestazione Correligiosorum super illius emendatione. Sac. Congreg. rescriptis: Pro gratia Eminent. Protectori, in eadem 23. Septemb. 1692. lib. Decret. Grimald. pag. 197.
- 76 Sac. Congreg. præcipit Nuntio, ut quatenus non adsit alia causa, mandet excarcerari quosdam Religiosos detentos in carceribus Nuntiaturæ ob recursum ad Judices laicos contra N. Canonium, & ob destructionem muri ad eundem pertinentis. Sac. Congr. Immunit. in Baren. 9. Febr. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pagin. 104. & seq.
- 77 Item, ut procedat contra Superiores Congregationis, non obstante illorum appellatione ad Sanctissimum pro liberatione N. Canonici suæ Congregationis jussu superiorum carcerari per manus laicorum in cometerio cathedralis. Sac. Congregationis Immunit. in Vilens. 11. Jan. 1695. dicti. lib. pag. 167.
- 78 A Sanctissimo ex voto Sac. Congregationis denno conceditur D. Nuntio facultas prorogandi Jurisdictionem usque ad sententiam inclusive Judicis Eccles. ab eodem Nuntio pro fabricando processu jam deputati ex speciali Sanctissimi facultate contra Regularem prætentum reum criminis læsæ majestatis, & beneficii, & cum reus gauderet immunitate, Sanctissimus pro hac vice derogavit Bullæ Gregor. XIV. attentis circumstantiis facti; Sac. Congreg. Immunit. in Neapolitana. 7. Septemb. 1734. lib. 2. Decret. Paul. pag. 199.
- 79 Nuntius de ordine Sacræ Congregation. declarat Provinciale O. incurrisse in excommunicationem Bullæ Cœnæ ob delictum contra libertatem ecclesiasticam. Sac. Congreg. Immunit. in Ulyssipons. 21. Julii, seu 1. Augusti 1691. lib. Decret. Martelli, pag. 752.
- 80 Item Superiores Vilens. contumaces privat officii, & declarat inhabiles ad alia imposterum obtinenda, & privat etiam voce activa, & passiva, nisi intra brevem terminum paruerint circa censuras, & Interdicta. Sac. Congregat. Immunit. in Vilens. 16. Novembr. 1694. lib. 1. Decret. Vallem. pag. 158.
- 81 Nuntio injungitur, ut mandet caritative tractari Religiosos feris, & compedibus detentum in carceribus Nuntiaturæ, extractum ab ecclesia ob homicidium commissum. Sac. Congreg. Immunit. in Neapolitan. 22. Novemb. 1704. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 829.
- 82 Datur Nuntio facultas absolvendi Regulares à censuris juxta decretum in Toletana 16. Januarii 1681. Sac. Congreg. Immunit. in Ulyssipons. 16. Nov. 1688. lib. Decret. Martelli, pag. 374. & seq.
- Item datur facultas eisdem dispensandi ab Irregularitate, prævia tamen eorum supplicatione eidem Nuntio, & renuntiatione recursum habitis ad tribunal laicum faciendæ per actum publicum registrandum in actis Nuntiaturæ. Sac. Congreg. Immunit. *ibid.*
- Nuntio Hispano datur facultas absolvendi Abbatissam, aliasque personas excommunicatas ob complicitatem carcerationis ministrorum Nuntiaturæ. Sac. Congreg. Immunit. in Tolet. 19. Febr. 1706. lib. 3. Decret. Vallem. pag. 599.
- Eidem datur facultas absolvendi Clericos Regulares ministros infirmorum provincie Hispaniarum ob recursum ad potestatem laicam, etiam privatam cum facultate subdelegandi, prævia tamen obligatione de se abstinendo à similibus. Sac. Congreg. in Toletan. 17. Mart. 1703. dicti. lib. pag. 565.
- Alia ad Rem: Vide verb. Immunit. art. 1. à num. 133. 85 ad 137. & verb. Regulares, art. 1. à num. 89. ad 110.

REGULÆ CANCELLARIE.

Vide verb. Beneficia, art. 9. & 10. per tot.

REGULÆ JURIS CANONICI.

in 5. Decretalium.

Capitulum primum.

Non potest brevis summari.

Joann. Chrysostomus.

1 Omnis res per quascumque causas nascitur, per easdem dissolvitur.

Capitulum secundum.

Dubia in meliorem partem interpretari debent.

Beda in Homiliis.

2 Estote misericordes, &c. Hoc loco nihil aliud nobis præcipi æstimo, nisi ut ea facta, quæ dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur; quod enim scriptum est: Ex fructibus eorum cognoscetis eos; De manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri, ut stuprum, blasphemiz, furta, ebrietates, & similia, de quibus nobis permittitur judicare.

Capitulum tertium.

Propter scandalum evitandum veritas non est omittenda.

3 Qui scandalizaverit, &c. Utilius scandalum nasci permittitur, quam veritas relinquatur.

Capitulum quartum.

Propter necessitatem illicitum efficitur licitum.

4 Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. Nam & Sabbatum custodiri præceptum est: Machabæi tamen sine culpa sua in Sabbato pugnant; & sic hodie si quis jejunium frerit ægrotus, reus voti non habetur.

Capitulum quintum.

Illicite factum obligationem non inducit.

Gregor. VII.

5 Quod latenter, aut per vim, vel aliis illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere.

Capitulum sextum.

Tormenta, indicia non precedentibus, inferenda non sunt.

Idem Variemsi Episcopo.

6 Cum in contemplatione; & infra: In ipso cause initio non est à questionibus inchoandum.

Capitulum septimum.

Sacrilagus est offendens rem, vel personam ecclesiasticam.

Stephanus Papa.

7 Quæ multoties; & infra: Quidquid in sacris Deo rebus, & Episcopis injuste agitur, pro sacrilegio reputatur, quia sacra sunt, & à quocumque violari non debent.

- Capitulum octavum.
- Qui facit alteri, quam debet, facere non dicitur. Augustinus.
- 8 Qui ex timore facit præceptum alteri, quam debet facit, & ideo non facit.
- Capitulum nonum.
- Committens unum peccatum reus est omnium quoad vitam eternam.
- Idem lib. de Poenitent.
- 9 Defleat peccator, quia offendens in uno factus est omnium reus.
- Capitulum decimum.
- Ignorantia non excusat Prælatum in peccatis subditorum h. e. quoad mysticum, & morale intellectum. Gregorius in Regesto.
- 10 Quamvis cause; & infra: Non potest esse pastoris excusatio, si lupus oves comedit, & pastor nescit.
- Capitulum undecimum.
- Pro spiritualibus hominum non præstatur.
- Lucius III.
- 11 Indignum est, & à Romanæ Ecclesie consuetudine alienum, ut pro spiritualibus facere quis hominum compellatur.
- consequentiam sunt trahenda. *Idem.*
- 29 Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari. *Idem.*
- 30 In obscuris minimum est sequendum. *Idem.*
- 31 Eum, qui certus est, certiorari ulterius non oportet. *Idem.*
- 32 Non licet Actori, quod reo licitum non existit. *Idem.*
- 33 Mutare consilium quis non potest in alterius detrimentum. *Idem.*
- 34 Geneti per speciem derogatur. *Idem.*
- 35 Plus semper in se continet quod est minus. *Idem.*
- 36 Pro possessore habetur, qui dolo desit possidere. *Idem.*
- 37 Utile non debet per inutile vitari. *Idem.*
- 38 Ex eo non debet quis fructum consequi, quod minus extitit impugnare.
- 39 Cum quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo. *Idem.*
- 40 Pluralis locutio duorum numero est contenta. *Idem.*
- 41 Imputari non debet ei, per quem non stat, si non faciat quod per eum fuerat faciendum. *Idem.*
- 42 Accessorium naturam sequi congruit principalis. *Idem.*
- 43 Qui tacet, consentire videtur. *Idem.*
- 44 Is, qui tacet, non fatetur, sed nec utique negare videtur. *Idem.*
- 45 Inspecimus in obscuris, quod est verisimilius, vel quod plerumque fieri consuevit. *Idem.*
- 46 Is, qui in jus succedit alterius, eo jure, quo ille, uti debet. *Idem.*
- 47 Præsumitur ignorantia, ubi scientia non probatur. *Idem.*
- 48 Locupletari non debet aliquis cum alterius injuria, vel jactura. *Idem.*
- 49 In poenis benignior est interpretatio faciendæ. *Idem.*
- 50 Actus legitimi conditionem non recipiunt, neque diem. *Idem.*
- 51 Semel Deo dicatum non est ad usum humanos ulterius transferendum. *Idem.*
- 52 Non præstat impedimentum, quod de jure non sortitur effectum. *Idem.*
- 53 Cui licet, quod est plus, licet utique quod est minus. *Idem.*
- 54 Qui prior est tempore, prior est jure. *Idem.*
- 55 Qui sentit onus, sentire debet commodum, & e contra. *Idem.*
- 56 In re communi potior est conditio possidentis. *Idem.*
- 57 Contra eum, qui legem dicere potuit, apertius est interpretatio faciendæ. *Idem.*
- 58 Non est obligatorum contra bonos mores præstitum juramentum. *Idem.*
- 59 Dolo facit, qui petit, quod restituere oportet eundem. *Idem.*
- 60 Non est in mora, qui potest exceptione legitima se tueri. *Idem.*
- 61 Quod ob gratiam alicujus conceditur, non est in ejus dispendium retorquendum. *Idem.*
- 62 Nullus ex consilio (dummodo fraudulentum non fuerit) obligatur. *Idem.*
- 63 Exceptionem objiciens non videtur de intentione adversarii confiteri. *Idem.*
- 64 Quæ contra jus fiunt, debent utique pro infectis haberi. *Idem.*
- 65 In pari delicto, vel causa, potior est conditio possidentis. *Idem.*
- 66 Cum non stat per eum, ad quem pertinet, quominus conditio impleatur, haberi debet perinde ac si impleta fuisset. *Idem.*
- 67 Quod alicui suo non licet nomine, nec alieno licebit. *Idem.*
- 68 Potest quis per alium, quod potest facere per se ipsum. *Idem.*
- 69 In malis promissis fidem non expedit observari. *Idem.*
- 70 In alternatis debitoris est electio, & sufficit alterum adimpleri. *Idem.*
- 71 Qui ad agendum admittitur, est ad excipiendum

- magis admittendus. *Idem.*
 - 72 Qui facit per alium, est perinde ac si faciat per se ipsum. *Idem.*
 - 73 Factum legitime retractari non debet, licet casus postea eveniat, quo non potuit inchoari. *Idem.*
 - 74 Quod alicui gratiose conceditur, trahi non debet aliis in exemplum. *Idem.*
 - 75 Frustra sibi fidem quis postulat ab eo servari, cui fidem à se præstitam servare recusat. *Idem.*
 - 76 Delictum personæ non debet in detrimentum ecclesie redundare. *Idem.*
 - 77 Rationi congruit, ut succedat in onere qui substituitur in honore. *Idem.*
 - 78 In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa. *Idem.*
 - 79 Nemo potest plus juris transferre in alium, quam sibi competere dignoscatur. *Idem.*
 - 80 In toto partem non est dubium contineri. *Idem.*
 - 81 In generali concessione non veniunt ea, quæ quis non esset verisimiliter in specie concessurus. *Idem.*
 - 82 Qui contra jura mercatur, bonam fidem præsumitur non habere. *Idem.*
 - 83 Bona fides non patitur, ut semel exactum iterum exigatur. *Idem.*
 - 84 Cum quid una via prohibetur alicui, ad id alia non debet admitti. *Idem.*
 - 85 Contractus ex conventionem legem accipere dignoscuntur. *Idem.*
 - 86 Damnum, quod quis sua culpa sentit, sibi debet, non aliis imputare. *Idem.*
 - 87 Infamibus portæ non pateant dignitatum. *Idem.*
 - 88 Certum est, quod is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem. *Idem.*
- Data Romæ apud S. Petrum quinto nonas Martii, Pontificatus nostri anno quarto.

REGULÆ JURIS CIVILIS.

Paulus lib. 16. ad Plautium.

- 1 Regula est, quæ rem quæ est, breviter enarrat. Non ut ex regula jus sumatur, sed ex jure quod est, regula fiat. Per regulam igitur brevis rerum narratio traditur, & (ut ait Sabinus) quasi causa coniectio est: quæ simul cum in aliquo vitata est, perdit officium suum.
- 2 Fœminæ ab omnibus officiis civilibus, vel publicis remotæ sunt, & ideo nec Judices esse possunt, nec magistratum gerere, nec postulare, nec pro alio intervenire, nec procuratores existere.
- §. 1. Item impuberes ab omnibus officiis civilibus debent abstinere.
- Idem lib. 3. ad Sabinum.*
- 3 Ejus est nolle, qui potest velle.
- Idem lib. 6. ad Sabinum.*
- 4 Velle non creditur, qui obsequitur imperio Patris, vel domini.
- Paulus lib. 2. ad Sabinum.*
- 5 In negotiis contrahendis alia causa habita est furiosorum, alia eorum, qui fieri possunt, quamvis actum rei non intelligerent; nam furiosus nullum negotium contrahere potest: pupillus omnia, tutore auctore, agere potest.
- Ulpianus lib. 7. ad Sabinum.*
- 6 Non vult hæres esse, qui ad alium transferre voluit hæreditatem.
- Pomponius lib. 3. ad Sabinum.*
- 7 Jus nostrum non patitur eundem in paganis, & testatò, & intestatò decessisse, earumque rerum naturaliter inter se pugna est (testatus, & intestatus).

- Idem lib. 4. ad Sabinum.*
- 8 Jura sanguinis nullo jure civili dirimi possunt.
- Ulpianus lib. 15. ad Sabinum.*
- 9 Semper in obscuris, quod minimum est, sequimur.
- Paulus lib. 3. ad Sabinum.*
- 10 Secundum naturam est commoda cuiusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda.
- Pomponius lib. 6. ad Sabinum.*
- 11 Id, quod nostrum est, sine factò nostro ad alium transferri non potest.
- Paulus lib. 3. ad Sabinum.*
- 12 In testamentis plenus voluntates testantium interpretantur.
- Ulpianus lib. 10. ad Sabinum.*
- 13 Non videtur cepisse, qui per exceptionem (à petitione) rem videtur.
- Pomponius lib. 10. ad Sabinum.*
- 14 In omnibus obligationibus, in quibus dies non ponitur, præsentì die debetur.
- Paulus lib. 4. ad Sabinum.*
- 15 Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur.
- Ulpianus lib. 12. ad Sabinum.*
- 16 Imaginaria venditio non est pretio accedente.
- Idem lib. 23. ad Sabinum.*
- 17 Cum tempus in testamento adjicitur, credendum est pro herede adjectum, nisi alia mens fuerit testatoris; sicuti in stipulationibus promissoris gratia tempus adjicitur.
- Pomponius lib. 6. ad Sabinum.*
- 18 Quæ legata, mortuis nobis, ad heredem nostrum transeunt, eorum commodum per nos his, quorum in potestate sumus, eodem casu adquirimus: aliter atque quod stipulati sumus: nam & sub conditione stipulantes, omnimodo eis adquirimus, etiamsi libertatis nobis potestate domini, conditio existat.
- Paulus.*
- Si filiusfamilias sub conditione stipulatus, emancipatus fuerit, deinde extiterit conditio, patri actio competit, quia in stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.
- Ulpianus lib. 24. ad Sabinum.*
- 19 Qui cum alio contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus; hæredi autem hoc imputari non potest, cum non sponte cum legataris contrahit.
- §. 1. Non solet exceptio doli nocere his, quibus voluntas testatoris non refragatur.
- Pomponius lib. 7. ad Sabinum.*
- 20 Quoties dubia interpretatio libertatis est, secundum libertatem respondendum erit.
- Ulpianus lib. 27. ad Sabinum.*
- 21 Non debet, cui plus licet, quod minus est, non licere.
- Idem lib. 28. ad Sabinum.*
- 22 In personam servilem nulla cadit obligatio.
- §. 1. Generaliter probandum est, ubicumque in bonæ fidei Judiciis conferuntur in arbitrium domini, vel procuratoris ejus conditio, pro boni viri arbitrio hoc habendum esse.
- Idem lib. 29. ad Sabinum.*
- 23 Contractus quidam dolum malum duntaxat recipiunt, quidam & dolum, & culpam: dolum tantum, depositum, & prætorium: dolum & culpam, mandatum,

- tum, commodatum, venditum; pignori acceptum, locatum, item dotis datio, tutelæ, negotia gesta (in his quidem, & diligentiam) societas, & rerum communio & dolum, & culpam recipit; sed hæc ita, nisi si quid nominatim convenit, vel plus, vel minus, in singulis contractibus; nam hoc servabitur, quod initio convenit; legem enim contractus dedit, excepto eo, quod Celsus putat, non valere, si convenerit, ne dolum præteretur; hoc enim bonæ fidei iudicio contrarium est, & ita utitur Animalium vero casus, mortes, quæque sine culpa accidunt, fuge servorum, qui custoditi non solent, rapinæ, tumultus, incendia, aquarum magnitudines; impetus prædonum à nullo præstantur.
- Idem Paulus lib. 5. ad Sabinum.*
- 24 Quatenus cuius intersit, in factò, non in jure consistit.
- Pomponius lib. 11. ad Sabinum.*
- 25 Plus cautio in re est, quam in persona.
- Ulpianus lib. 30. ad Sabinum.*
- 26 Qui potest invitis alienare multo magis & ignorantibus, & absentibus potest.
- Pomponius lib. 16. ad Sabinum.*
- 27 Neque ex Prætorio, nec ex solemnè jure, privatorum conventionem quicquam immutatum est, quamvis obligationes causa pactionis possint immutari & ipso jure; & per pacti conventi exceptionem: quia actionum modus vel per leges, vel per Prætorum introductionem, & privatorum pactionibus non infirmatur nisi tunc, cum inchoatur actio, inter eos convenit.
- Idem Ulpianus lib. 5. ad Sabinum.*
- 28 Divus Pius rescriptis, eos, qui ex libertate conveniunt, in id quod facere possunt, condemnandos.
- Idem Paulus lib. 8. ad Sabinum.*
- 29 Quod initio vitiosum est, non potest tractu temporis convalescere.
- Idem Ulpianus lib. 36. ad Sabinum.*
- 30 Nuptias non concubitus, sed consensus facit.
- Idem lib. 42. ad Sabinum.*
- 31 Verum est, neque pacta, neque stipulationes factum posse tollere: quod enim impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendì, ut utilem actionem, aut factum efficere possit.
- Idem lib. 43. ad Sabinum.*
- 32 Quod attinet ad jus civile, servi pro nullis habentur; non tamen, & jure naturali, quia quod ad jus naturale attinet, omnes æquales sunt.
- Pomponius lib. 22. ad Sabinum.*
- 33 In eo, quod vel is, qui petit, vel is, à quo petitur, lucro facturus est, durior causa est petitoris.
- Ulpianus lib. 45. ad Sabinum.*
- 34 Semper in stipulationibus, & in ceteris contractibus id sequitur, quod actum est: aut si non appareat, quid actum est, erit consequens, ut id sequatur, quod in regione, in qua actum est, frequentatur. Quid ergo, si neque regionis mos appareat, quia varius fuit? ad id, quod minimum est, redigenda summa est.
- Idem lib. 48. ad Sabinum.*
- 35 Nihil tam naturale est, quam eo genere quidque dissolvitur, quo colligatum est; ideo verborum obligatio verbis tollitur; nudi consensus obligatio contrario consensu dissolvitur.
- Pomponius lib. 27. ad Sabinum.*
- 36 Culpæ est, immiscere se rei ad se non pertinenti.

- Ulpianus lib. 51. ad Sabinum.*
- 37 Nemo qui condemnare potest, absolvere non potest.
- Pomponius lib. 20. ad Sabinum.*
- 38 Sicuti poena ex delicto delincenti hæres teneri non debet, ita nec lucrum facere, si quid ex ea re ad eum pervenisset.
- Idem lib. 32. ad Sabinum.*
- 39 In omnibus causis pro facto accipitur id, in quo per alium moræ sit, quominus fiat.
- Idem lib. 34. ad Sabinum.*
- 40 Furiosus, vel ejus, cui bonis interdictum sit, nulla voluntas est.
- Ulpianus lib. 26. ad editum.*
- 41 Non debet Astori licere, quod Reonon permititur.
- §. 1. In re obscura melius est favere repetitioni, quam adventitio lucro.
- Gajus lib. 9. ad editum provinc.*
- 42 Qui in alterius locum succedunt, justam habent causam ignorantie, an id, quod peteretur, deberetur, Fidejussores quoque non minus, quam heredes justam ignorantiam possunt allegare. Hæc ita de hærede dicta sunt; si cum eo agatur: non etiam si agat; nam plane qui agit, certus esse debet, cum sit in potestate ejus, quando velit, experiri: & ante debet rem diligenter explorare, & tunc ad agendum procedere.
- Idem Ulpianus lib. 28. ad editum.*
- 43 Nemo ex his, qui negant se debere, prohibetur etiam alia defensione uti, nisi Lex impedit.
- §. 1. Quotiens concurrunt plures actiones ejusdem rei nomine, una quis expediri debet.
- Idem lib. 29. ad editum.*
- 44 Toties in hæredem damus de eo, quod ad eum pervenit, quotiens ex dolo defuncti convenitur: non quotiens ex suo.
- Idem lib. 30. ad editum.*
- 45 Neque pignus, neque depositum, neque precarium, neque emptio, neque locatio rei consistere potest.
- §. 1. Privatorum conventio juri publico non derogat.
- Gajus lib. 10. ad editum provinc.*
- 46 Quod à quoquo poenæ nomine exactum est, id eidem restituere nemo cogitur.
- Ulpianus lib. 30. ad editum.*
- 47 Consilii non fraudulentum nulla obligatio est: ceterum si dolum, & caliditas intercessit, de dolo actio competit.
- §. 1. Socii mei Socius, meus socius non est.
- Paulus lib. 35. ad editum.*
- 48 Quidquid (in) calore iracundie vel fit, vel dicitur, non prius ratum est, quam si perseverantia apparuit, iudicium animi fuisse, ideoque brevi reversa uxor nec divertisse videtur.
- Ulpianus lib. 25. ad editum.*
- 49 Alterius circumventio alii non præbet actionem.
- Paulus lib. 39. ad editum.*
- 50 Culpæ caret, qui scit, sed prohibere non potest.
- Gajus lib. 15. ad editum provinc.*
- 51 Non videtur quisquam id capere, quod ei necesse est alii restituere.
- Ulpianus lib. 44. ad editum.*
- 52 Non defendere videtur, non tantum, qui latitat, sed & is, qui præsens, negat se defendere, aut non vult suscipere actionem.

Paulus lib. 42. ad edictum.
53 Cujus per errorem dari repetitio est, ejus consilio dari donatio est.

Ulpianus lib. 46. ad edictum.
54 Nemo plus juris ad alium transferre potest, quam ipse habere.

Gajus lib. 2. de testamentis ad edictum Urbicum.
55 Nullus videtur dolo facere, qui suo jure utitur.

Idem lib. 3. de legatis ad edictum Urbicum.
56 Semper in dubiis benigniora præterenda sunt.

Idem lib. 18. ad edictum provinciale.
57 Bona fides non patitur, ut bis idem exigatur.

Ulpianus lib. 2. disputatum.
58 Ex penalibus causis non solet in patrem de peculio actio dari.

Idem lib. 3. disputatum.
59 Hæredem ejusdem potestatis, jurisque esse, cuius fuit defunctus constat, si in actione maneat.

Idem lib. 10. disputatum.
60 Semper, qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur. Sed & si quis ratum habuerit, quod gestum est, obstringitur mandati actione.

Idem lib. 3. Opinione.
61 Domum suam reficere unicuique licet, dum non efficiat invito alteri, in quo jus non habet.

Julianus lib. 6. digestorum.
62 Hæreditas nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuerit.

Idem lib. 17. digestorum.
63 Qui sine dolo malo ad iudicium provocat, non videtur moram facere.

Idem lib. 29. digestorum.
64 Ea, quæ raro accidunt, non temere (in) agendis negotiis computantur.

Idem lib. 54. digestorum.
65 Ha est natura cavillationis, quam Græci (id est acrotalem syllogismum) appellant, ut ab evidenter veris per brevissimas mutationes disputatio ad ea, quæ evidenter falsa sunt, perducatur.

Idem lib. 60. digestorum.
66 Marcellus: definit debitor esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem.

Idem lib. 87. digestorum.
67 Quotiens idem sermo duas sententias exprimit, ea potissimum excipitur, quæ rei gerendæ aptior est.

Paulus lib. sing. de dotis repet.
68 In omnibus causis id observatur, ut, ubi personæ conditio locum facit beneficio, ibi deficiente ea, beneficium quoque deficiat: ubi vero genus actionis id desiderat, ibi ad quemvis persecutio ejus devenierit, non deficiat ratio auxilii.

Idem lib. sing. de assign. libert.
69 Invio beneficium non datur.

Ulpianus lib. 1. de officio Procons.
70 Nemo potest gladii potestatem sibi datam, vel cuius alterius coercitionis, ad alium transferre.

Idem lib. 2. de officio Procons.
71 Omnia, quæcumque causæ cognitionem desiderant, per libellum expediti non possunt.

Javolenus lib. 3. ex poster. Lab.
72 Fructus rei est vel pignori dare licere.

Quintus Mucius Scaevola lib. singul. var.
73 Quo tutela rediit, ea hereditas pervenit, nisi cum feminæ hæredes intercedunt.
§. 1. Nemo potest tutorem dare cuiquam, nisi ej, quem in suis hæredibus, cum moritur, habuit, habiturusve esset, si vixisset.
§. 2. Vi factum id videtur esse, quæ de re quis, cum prohibetur, fecit clam, quod quisque, cum controversiam haberet, habiturumve se putaret, fecit.
§. 3. Quæ in testamento ita sunt scripta, ut intelligi non possint, perinde sunt, ac si scripta non essent.
§. 4. Nec paciscendo, nec legem dicendo, nec stipulando quisquam alteri cavere potest.

Papianus lib. 1. quest.
74 Non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri.
Idem lib. 3. questionum.
75 Nemo potest mutare consilium suum in alterius injuriam.
Idem lib. 25. questionum.
76 In totum omnia, quæ animi destinatione agenda sunt, non nisi vera, & certa scientia perfici possunt.
Idem lib. 28. questionum.
77 Actus legitimi, qui recipiunt diem, vel conditionem, veluti mancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, servi optio, datio tutoris, in totum vitiantur per temporis, vel conditionis adjectionem: nonnumquam tamen actus superscripti tacite recipiunt, quæ aperte comprehensa vitium adferunt, nam si acceptum fetatur ei, qui sub conditione promissus, ita demum egisse aliquid acceptilatio intelligitur, si obligationis conditio extiterit: quæ si verbis nominatim acceptilationis comprehendatur, nullus momenti faciet actum.
Idem lib. 31. questionum.
78 Generaliter cum de fraude disputatur, non quid habeat Actor, sed quid per adversarium habere non poterit, considerandum est.
Idem lib. 32. questionum.
79 Fraudis interpretatio semper in Jure civili, non ex eventu dumtaxat, sed ex consilio quoque desideratur.
Idem lib. 33. questionum.
80 In toto Jure generi per speciem derogatur, & illud potissimum habetur, quod ad speciem directum est.
Idem lib. 3. responsorum.
81 Quæ dubitationis tollendæ causa contractibus inseruntur, jus commune non lædunt.
Idem lib. 9. responsorum.
82 Donati videtur, quod nullo jure cogente conceditur.
Idem lib. 2. definitionum.
83 Non videtur rem amittere, quibus propria non fuit.
Paulus lib. 3. questionum.
84 Cum amplius solum est, quam debebatur, cuius pars non invenitur, quæ repeti possit, totum esse indebitum intelligitur, manente pristina obligatione.
§. 1. Is natura debet, quem jure gentium dare oportet, cuius fidem secuti sumus.
Idem lib. 6. questionum.
85 In ambiguis pro dotibus respondere melius est.
§. 1. Non est novum, ut quæ semel utiliter constituta sunt, durent, licet ille casus extiterit, à quo initium capere non poterunt.
§. 2. Quotiens æquitas, desiderii naturalis ratio, aut

aut dubitatio juris moratur, justis decretis res temperanda est.

Idem lib. 7. questionum.
86 Non solet deterior conditio fieri eorum, qui litem contestati sunt, quam si non: sed plerumque melior.

Idem lib. 13. questionum.
87 Nemo enim in perseguendo, deteriorem causam, sed meliorem facit, denique post litem contestatam hæredi quoque prospiceretur, & hæres tenetur ex omnibus causis.

Scaevola lib. 5. questionum.
88 Nulla intelligitur mora ibi fieri, ubi nulla petitio est.

Paulus lib. 10. questionum.
89 Quamdiu possit valere testamentum, tamdiu legamus non admittitur.

Idem lib. 15. questionum.
90 In omnibus quidem, maxime tamen in jure, æquitas spectanda sit.

Idem lib. 17. questionum.
91 Quotiens duplici jure defertur alicui successio: repudiato novo jure, quod ante defertur, supererit vetus.

Scaevola lib. 5. responsorum.
92 Si librarius in transcribendis stipulationis verbis errasset, nihil nocere, quominus & reus, & fidejussor teneatur.

Maccianus lib. 1. fideicommissorum.
93 Filius familias neque retinere (neque recuperare) neque adipisci possessionem rei peculiaris videtur.

Ulpianus lib. 2. fideicommiss.
94 Non solent, quæ abundant, vitari scripturas.

Idem lib. 6. fideicommiss.
95 Nemo dubitat, solvendo videri eum, qui defenditur.

Maccianus lib. 12. fideicommiss.
96 In ambiguis orationibus maxime sententia spectanda (est) ejus, qui eas protulisset.

Hermogenianus lib. 3. Juris epitomarum.
97 Ea sola deputationis sententia aufert, quæ ad fiscum pervenit.

Idem lib. 4. Juris epitomarum.
98 Quotiens utriusque causa lucri ratio vertitur, is præferendus est, cuius in lucrum causa tempore præcedit.

Venulejus lib. 12. stipulationum.
99 Non potest improbus videri, qui ignorat, quantum solvere debeat.

Gajus lib. 1. regularum.
100 Omnia, quæ jure contrahuntur, contrario jure pereunt.

Paulus lib. sing. de Cognit.
101 Ubi lex duorum mensium fecit mentionem, & qui sexagesimo, & primo die venerit, audiendus est; ita enim & imperator Antoninus cum Divo Patre suo rescripsit.

Ulpianus lib. 1. ad edictum.
102 Qui vetante Prætoze fecit, hic adversus edictum fecisse proprie dicitur.
§. 1. Eius est actionem denegare, qui possit & dare.

Paulus lib. 1. ad edictum.
103 Nemo de domo sua extrahi debet.

Ulpianus lib. 2. ad edictum.
104 Si in duabus actionibus alibi summa major, alibi infamia est, præponenda est causæ existimationis; Ubi autem æquiparant famosa judicia, etsi summam imparem habent, pro paribus accipienda sunt.

FERRAR. BIBLIOTH. TOM. VIII.

Paulus lib. 2. ad edictum.
105 Ubi cumque causæ cognitio est, ibi Prætor desideratur.

Idem lib. 2. ad edictum.
106 Libertas inestimabilis res est.

Gajus lib. 1. ad edictum prov.
107 Cum servo nulla actio est.

Paulus lib. 4. ad edictum.
108 Fere in omnibus penalibus Judicis, & ætati, & imprudentiæ succurritur.

Idem lib. 5. ad edictum.
109 Nullum crimen patitur is, qui non prohibet, cum prohibere (non potest).

Idem lib. 6. ad edictum.
110 In eo quod plus sit, semper inest & minus.
§. 1. Nemo alienæ rei expromissor idoneus videtur, nisi sit cum satisfactione.
§. 2. Pupillus pati posse non intelligitur.
§. 3. Ubi verba conjuncta non sunt, sufficit alterum esse factum.
§. 4. Mulieribus tunc succurrendum est, cum defendantur, non ut facilius calumnientur.

Gajus lib. 2. ad edictum provinc.
111 Pupillum, qui proximus pubertati sit, capacem esse & furandi, & injuriæ faciendæ.
§. 1. In hæredem non solent actiones transire, quæ penales sunt ex maleficio, veluti furti, damni, injuriæ, vi bonorum raptorum, injuriarum.

Paulus lib. 8. ad edictum.
112 Nihil interest, ipso jure jus actionem non habeat, an per exceptionem infirmetur.

Gajus lib. 3. ad edictum provinc.
113 In toto & pars continetur.

Paulus lib. 9. ad edictum.
114 In obscuris inspicit solet, quod verisimiliter est, aut quod plerumque fieri solet.

Idem lib. 10. ad edictum.
115 Si quis obligatione liberatus sit, potest videri accepisse.
§. 1. Non potest videri accepisse, qui stipulatus potest exceptione summoveri.

Ulpianus lib. 11. ad edictum.
116 Nihil consensui tam contrarium est, qui & bonæ fidei Judicia sustinet, quam vis, atque metus quem comprobare, contra bonos mores est.

Idem lib. 11. ad edictum.
§. 1. Non capitur, qui jus publicum sequitur.
§. 2. Non videntur, qui errant, consentire.

Paulus lib. 11. ad edictum.
117 Prætor bonorum possessorem hæredis loco in omni causa habet.

Ulpianus lib. 12. ad edictum.
118 Qui in servitute est, usucapere non potest, nam, cum possideatur, possidere non videtur.

Idem lib. 13. ad edictum.
119 Non alienat, qui dumtaxat omittit possessionem.

Paulus lib. 12. ad edictum.
120 Nemo plus commodi hæredi suo relinquit, quam ipse habuit.

Idem lib. 13. ad edictum.
121 Qui non facit, quod facere debet, videtur facere adversus ea, quæ non fecit. Et qui facit, quod

1

1

facere non debet, non videtur facere id, quod facere jussus est.

Gajus lib. 5. ad edictum provinc.
122 Libertas omnibus rebus favorabilior est.

Ulpianus lib. 14. ad edictum.
123 Nemo alieno nomine lege agere potest.
§. 1. Temporalis permutatio Jus provincie non innovat.

Paulus lib. 16. ad edictum.
124 Ubi non voce, sed presentia opus est, mutus, si intellectum habet, potest videri respondere. Idem in surdo: hic quidem (&c) respondere potest.
§. 1. Furiosus absentis loco est: & ita Pomponius lib. 1. Epistolarem scribit.

Gajus lib. 5. ad edictum prov.
125 Favorabiles rei potius, quam actores habentur.

Ulpianus lib. 15. ad edictum.
126 Nemo prado est, qui pretium numeravit.
§. 1. Locupletior non est factus, qui libertum adquisierit.
§. 2. Cum de lucro duorum queratur, melior est causa possidentis.

Paulus lib. 20. ad edictum.
127 Cum Prætor in hæredem dat actionem, quatenus ad eum pervenit, sufficit, si vel momento ad eum pervenit ex dolo defuncti.

Idem lib. 19. ad edictum.
128 In pari causa possessor potior haberi debet.
§. 1. Hi, qui in universum jus succedunt, hæredis loco habentur.

Idem lib. 21. ad edictum.
129 Nihil dolo creditor facit, qui suum recipit.
§. 1. Cum principalis causa non consistit, ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.

Ulpianus lib. 18. ad edictum.
130 Numquam actiones, præsertim poenales de eadem re concurrentes, alia aliam consumit.

Paulus lib. 22. ad edictum.
131 Qui dolo desiderit possidere, pro possidente damnatur, quia pro possessione dolus est.

Gajus lib. 7. ad edictum prov.
132 Imperitia culpæ adnumeratur.

Idem lib. 8. ad edictum.
133 Melior conditio nostra per servos fieri potest, deterior fieri non potest.

Ulpianus lib. 21. ad edictum.
134 Non fraudantur Creditores, cum quid non adquiritur a debitore; sed cum quid de bonis diminuitur.
§. 1. Nemo ex suo delicto meliorem suam conditionem facere potest.

Idem lib. 23. ad edictum.
135 Ea, quæ dari impossibilia sunt, vel quæ in rerum natura non sunt, pro non adjectis habentur.

Paulus lib. 28. ad edictum.
136 Bona fides tantumdem possidenti præstat, quantum veritas, quotiens Lex impedimento non est.

Ulpianus lib. 25. ad edictum.
137 Qui Auctore Judice comparavit, bonæ fidei possessor est.

Paulus lib. 27. ad edictum.
138 Omnis hæreditas, quamvis postea adeatur, tamen cum tempore mortis continuatur.

§. 1. Numquam crescit ex post facto præteriti delicti æstimatio.

Gajus lib. ad edictum Præt. Urb.
139 Omnes actiones, quæ morte, aut tempore pereunt, semel inclusæ Judicio salvæ permanent.
§. 1. Non videtur perfecte cuiusque id esse, quod ex causa aufertur potest.

Ulpianus lib. 56. ad edictum.
140 Absentia ejus, qui Reipublicæ causa abest, neque ei, neque alii damnosa esse debet.

Paulus lib. 54. ad edictum.
141 Quod contra rationem juris receptum est, non est producendum ad consequentia.
§. 1. Uni duo pro solido hæredes esse non possunt.

Idem lib. 56. ad edictum.
142 Qui tacet, non utrique fatetur, sed tamen verum est, eum non negare.

Ulpianus lib. 62. ad edictum.
143 Quod ipsis, qui contraxerunt, obstat, & successoribus eorum obstat.

Paulus lib. 62. ad edictum.
144 Non omne quod licet, honestum est.
§. 1. In stipulationibus id tempus spectatur, quo contrahimus.

Ulpianus lib. 66. ad edictum.
145 Nemo videtur fraudare eos, qui sciunt, ac consentiunt.

Paulus lib. 62. ad edictum.
146 Quod quis, dum servus est, egit, proficere libero facto non potest.

Gajus lib. 24. ad edictum prov.
147 Semper specialia generalibus insunt.

Paulus lib. 16. brevis edicti.
148 Cujus effectus omnibus prodest, ejus & partes ad omnes pertinent.

Ulpianus lib. 67. ad edictum.
149 Ex qua persona quis lucrum capit, ejus factum præstare debet.

Idem lib. 68. ad edictum.
150 Parem esse conditionem oportet ejus, qui quid possideat, vel habeat, atque ejus, cujus dolo malo factum sit, quominus possideret, vel haberet.

Paulus lib. 64. ad edictum.
151 Nemo damnus facit, nisi qui id fecit, quod facere jus non habet.

Ulpianus lib. 65. ad edictum.
152 Hoc jure utimur, ut quidquid omnino per vim fiat, aut in vis publicæ, aut (in vis) privatæ crimen incidat.
§. 1. Deiecit & qui mandat.
§. 2. In maleficio rathabitio mandato comparatur.
§. 3. In contractibus, quibus doli præstatio, vel bona fides inest, hæres in solidum tenetur.

Paulus lib. 65. ad edictum.
153 Fere quibuscumque modis obligamur, iisdem in contrarium actis liberamur: cum quibus modis adquirimus, iisdem in contrarium actis amittimus. Ut si quis nulla possessio adquiri, nisi animo, & corpore potest: ita nulla amittitur, nisi in qua utrumque in contrarium actum sit.
Ulpianus lib. 70. ad edictum.
154 Cum par delictum est duorum, semper oneratur petitor, & melior habetur possessoris causa; sicut

fit, cum de dolo excipitur petitoris: neque enim datur talis replicatio petitori; Aut si rei quoque in ea re dolo actum sit.

§. 1. Illi debet permitti poenam petere, qui in ipsam non incidit.

Paulus lib. 65. ad edictum.
155 Factum cuique suum, non adversario nocere debet.

§. 1. Non videtur vim facere, qui suo jure utitur, & ordinaria actione experitur.
§. 2. In penalibus causis benignius interpretandum est.

Ulpianus lib. 70. ad edictum.
156 In vitis nemo (rem) cogitur defendere.
§. 1. Cui damus actiones, eidem & exceptionem competere multo magis quis dixerit.

§. 2. Cum quis in alicujus locum successerit, non est æquum, ei nocere hoc, quod adversus eum nocuit, in cuius locum successit.
§. 3. Plerumque emptoris eadem causa esse debet circa petendum, ac defendendum, quæ fuit actoris.

§. 4. Quod cuique (pro eo) præstatur, invito non tribuitur.

Idem lib. 71. ad edictum.
157 Ad ea, quæ non habent atrocitatem facinoris, vel sceleris, ignoscitur servis, si vel dominis, vel his, qui vice dominorum sunt (veluti tutoribus, & curatoribus) obtemperaverint.

§. 1. Semper qui dolo fecit, quominus haberet, pro eo habendus est, ac si haberet.

§. 2. In contractibus successores ex dolo eorum (quibus) successerunt, non tantum in id, quod pervenit, verum etiam in solidum tenentur, hoc est, unusquisque pro ea parte, qua hæres est.

Gajus lib. 26. ad edictum.
158 Creditor, qui permittit rem venire, pignus dimittit.

Paulus lib. 7. ad edictum.
159 Non ut ex pluribus causis deberi nobis idem potest, ita ex pluribus causis idem possit nostrum esse.

Ulpianus lib. 76. ad edictum.
160 Aliud est vendere, aliud vendenti consentire.
§. 1. Refertur ad universos, quod publice fit per majorem partem.

§. 2. Absurdum est, plus juris habere (eum) cui legatus sit fundus, quam hæredem, aut ipsum testatorem, si viveret.

Idem lib. 77. ad edictum.
161 In Jure civili receptum est, quotiens per eum cuius interest, conditionem non impleri, fiat quominus impleatur, perinde haberi, ac si impleta conditio fuisset, quod ad libertatem, & legata, & ad hæredum institutiones perducitur, quibus exemplis stipulationes quoque committuntur, cum per promissorem factum esset, quominus stipulator conditioni pareret.

Paulus lib. 70. ad edictum.
162 Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.

Ulpianus lib. 55. ad edictum.
163 Cujus est donandi, eidem & vendendi, & concedendi jus est.

Paulus lib. 5. ad edictum.
164 Poenalia Judicia semel accepta in hæredes transmitti possunt.

Ulpianus lib. 53. ad edictum.
165 Cum quis possit alienare, poterit & consentire alienationi. Cui autem donare non conceditur, probandum erit, nec si donationis causa consenserit, ratam ejus voluntatem habendam.

Paulus lib. 48. ad edictum.
166 Qui rem alienam defendit, nunquam locuples habetur.

Idem lib. 49. ad edictum.
167 Non videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt.
§. 1. Qui jussu Judicis aliquid facit, non videtur dolo malo facere, qui parere necesse habet.

Idem lib. 1. ad Plautium.
168 Rapienda occasio est, quæ præbet benignius responsum.
§. 1. Quod factum est, cum in obscuro sit, ex affectione cuiusque capit interpretationem.

Idem lib. 2. ad Plautium.
169 Is damnus dat, qui jubet dare; ejus vero nulla culpa est, cui parere necesse sit.
§. 1. Quod pendet, non est pro eo, quasi sit.

Idem lib. 4. ad Plautium.
170 Factum à Judge, quod ad Officium ejus non pertinet, ratum non est.
Idem lib. 4. ad Plautium.
171 Nemo ideo obligatur, quia recepturus est ab alio, quod præstiterit.

Idem lib. 5. ad Plautium.
172 In contrahenda venditione ambiguum pactum contra venditorem interpretandum est.
§. 1. Ambigua autem intentio ita accipienda est, ut res salva actori sit.
Idem lib. 6. ad Plautium.
173 In condemnatione personarum, quæ in id, quod facere possunt, damnantur, non totum, quod habent extorquendum est, sed & ipsarum ratio habenda est, ne egent.
§. 1. Cum verbum restituas lege invenitur, etsi non specialiter de fructibus additum est, tamen etiam fructus sunt restituendi.
§. 2. Unicuique sua mora nocet, quod & in duobus reis promittendi observatur.
§. 3. Dolo facit, qui petit, quod redditurus est.
Idem lib. 8. ad Plautium.
174 Qui potest facere, ut possit conditioni parere, jam posse videtur.
§. 1. Quod quis, si velit, habere non potest, id repudiare non potest.
Idem lib. 11. ad Plautium.
175 In his quæ officium per liberas fieri personas leges desiderant, servus intervenire non potest.
§. 1. Non debeo melioris conditionis esse, quam auctor meus, à quo jus in me transit.
Idem lib. 13. ad Plautium.
176 Non est singulis concedendum, quod per magistratum publice possit fieri, ne occasio sit majoris tumultus faciendi.
§. 1. Infinita æstimatio est libertatis, & necessitudinis.
Idem lib. 14. ad Plautium.
177 Qui in jus, dominiumve alterius succedit, jure ejus uti debet.
§. 1. Nemo videtur dolo exequi, qui ignorat causam cur non debeat petere.
Idem lib. 15. ad Plautium.
178 Cum principalis causa non consistat, plerumque ne ea quidem, quæ sequuntur, locum habent.
Idem lib. 16. ad Plautium.
179 In obscura voluntate manumittentis favendum est libertari.

- 180 *Idem lib. 17. ad Plautium.*
Quod jussu alterius solvitur, pro eo est, quasi ipsi solutum esset.
- 181 *Idem lib. 1. ad Vitellium.*
Si nemo subit hereditatem, omnis vis, testamenti solvitur.
- 182 *Idem lib. 3. ad Vitellium.*
Quod nullius esse potest, id ut alicui fieret, nulla obligatio valet efficere.
- 183 *Marcellus lib. 3. Digestorum.*
Etsi nihil facile mutandum est ex solemnibus, tamen ubi æquitas evidens poscit, subveniendum est.
- 184 *Celsus lib. 7. Digestorum.*
Vani timoris justa excusatio non est.
- 185 *Idem lib. 8. Digestorum.*
Impossibile nulla obligatio est.
- 186 *Idem lib. 12. Digestorum.*
Nihil peti potest ante id tempus, quo per rem naturam persolvi possit. Et cum solvendi tempus obligationi additur, nisi eo præterito, peti non potest.
- 187 *Idem lib. 16. Digestorum.*
Si quis prægnantem uxorem reliquit, non videtur sine liberis decessisse.
- 188 *Idem lib. 17. Digestorum.*
Ubi pugnantia inter se in testamento juberentur, neutrum ratum est.
§. 1. Quæ rerum natura prohibentur, nulla lege confirmata sunt.
- 189 *Idem lib. 12. Digestorum.*
Pupillus nec velle, nec nolle in ea ætate, nisi apposta tutoris auctoritate, creditur: nam quod animi iudicio fit, in eo tutoris auctoritas necessaria est.
- 190 *Idem lib. 24. Digestorum.*
Quod evincitur, in bonis non est.
- 191 *Idem lib. 33. Digestorum.*
Nervatius consultus, an quod beneficium dare se, quasi viventi, Cæsar rescripserat, jam defuncto dedisse existimaretur? Respondit, non videri sibi, Principem, quod est; quem vivere existimabat, concessisse, defuncto concessisse, quem tamen modum esse beneficii sui vellet, ipsis æstimationem esse.
- 192 *Marcellus lib. 29. Digestorum.*
Ea, quæ in partes dividi non possunt, solida à singulis hæredibus debentur.
§. 1. In re dubia benigniorem interpretationem sequi non minus justus est, quam tutius.
- 193 *Celsus lib. 38. Digestorum.*
Omnia fere jura hæredum perinde habentur, ac si continuo sub tempus mortis hæredes existisset.
- 194 *Modestinus lib. 6. differentiarum.*
Qui per successionem, quamvis longissimam, defuncto hæredes constiterunt, non minus hæredes intelliguntur, quam qui principaliter hæredes existunt.
- 195 *Idem lib. 7. differentiarum.*
Expressa nocent, non expressa non nocent.
- 196 *Idem lib. 7. Regularum.*
Privilegia quædam causæ sunt, quædam personæ: & ideo quædam ad hæredem transmittuntur, quæ causæ sunt: quæ personæ sunt, ad hæredem non transeunt.
- 197 *Idem lib. sing. de ritu nuptiarum.*
Semper in conjunctionibus non solum quid licet considerandum est, sed & quid honestum sit.

- 198 *Javolenus lib. 13. ex Cassio.*
Neque in Interdicto, neque in ceteris causis pupillo nocere oportet dolum tutoris, sive solvendo est, sive non est.
- 199 *Idem lib. 6. Epistolarum.*
Non potest dolo carere, qui imperio magistratus non paruit.
- 200 *Idem lib. 7. epistolarum.*
Quotiens nihil sine captione investigari potest, eligendum est, quod minimum habeat iniquitatis.
- 201 *Idem lib. 10. epistolarum.*
Omnia, quæ ex testamento proficiuntur, ita statum eventus capiunt, si initium quoque sine vitio ceperint.
- 202 *Idem lib. 11. epistolarum.*
Omnis definitio in jure civili periculosa est: parum est enim, ut non subverti possent.
- 203 *Pomponius lib. 8. ad Quint. Muc.*
Quod quis ex culpa ita damnum sentit, non intelligitur damnum sentire.
- 204 *Idem lib. 28. ad Quint. Muc.*
Minus est actionem habere, quam rem.
- 205 *Idem lib. 39. ad Quint. Muc.*
Plerumque fit, ut etiam ea, quæ nobis abire possint, proinde in eodem statu sint, atque si non essent ejus conditionis, ut abire possent; & ideo quod fisco obligamus, & vindicare interdum, & alienare, & servitatem (in) prædio imponere possumus.
- 206 *Idem lib. 9. ex variis sectionibus.*
Jure naturæ equum est, neminem cum alterius detrimento, & injuria fieri locupletorem.
- 207 *Ulpianus lib. 1. ad Leg. Jul. & Pap.*
Res Judicata pro veritate accipitur.
- 208 *Paulus lib. 3. ad Leg. Jul. & Pap.*
Non potest videri desisse habere, qui numquam habuit.
- 209 *Ulpianus lib. 4. ad Leg. Jul. & Pap.*
Servitum mortalitatis fere comparamus.
- 210 *Lucius Rufinus lib. 2. Regul.*
Quæ ab initio inutilis fuit institutio, ex post facto convalescere non potest.
- 211 *Paulus lib. 59. ad editum.*
Servus Republicæ causæ abesse non potest.
- 212 *Hoc in articulo satis est eos indicare, qui interpretati sunt tum regulas Juris canonici, tum regulas Juris civilis. Exponunt regulas Juris canonici inter alios Canisius, Peckius, Nidus, Reiffenstuel, Schorremberg. Optimæ vero sunt prælectiones Joannis Brunemanni in hæc Juris canonici Regulæ.*
Regulæ Juris civilis, ut antiquiores prætereamus, 88 commentariis illustrarunt Calvinus, Revardus, Petrus Faber, Bronchorst, Giphanius, Hoenius, Ludwellus, Wisembachius, Ganzelius, Mullerus, & qui ceteris est præferendus Jacobus Gothofredus.
Ad rectum vero usum regularum Juris ob oculos 89 semper habenda sunt verba illa Pauli in L. 1. ff. de regul. jur. Non ex regula jus sumatur, sed ex jure quod est, regula fiat; Tametsi enim maxime justæ regulæ sint, tamen eo usque sui valere momento debent, ut illico quarumlibet causarum, casuumque promiscue decisio exinde peti possit. Sed ea juris pars, materia, articulus, species, subjectum, sic ut dicam, genus tandem proprium liquido teneri debet, sic & ad suam juris speciem regula restringatur. Et si quando aptanda ea videatur ad propositam aliquam juris questionem, seu controversiam, illud attendatur, num omnes circumstan-

tantia qualitates in casu proposito concurrant, ad quem, & cuius causa regula semel confecta fuit. Et hoc est: Non esse jus sumendum ex regula, sed ex jure, quod est, regulam fieri.

Facilius vero est recte ad præcedens monitum uti regulis Juris civilis. Enam licet seorsim collocatæ sint in ultimo titulo libri ultimi Pandectarum; tamen desumptæ sunt ex variis Jurisconsultorum libris. Ope propterea conjunctionis Inscriptionum facile est invenire loca, unde sunt desumptæ, & sic nosse genus proprium ejusque regulæ, sine quo rectus ejus usus fieri nequit. Et hoc modo Jacobus Gothofredus in interpretatione harum regularum ceteros superavit. At regulæ Juris canonici non sunt desumptæ ex decretalibus Summorum Pontificum. Quocirca teneri nequit genus proprium ipsarum, quod tanti est momenti in recta applicatione regularum Juris.

RELIGIONES REGULARES, ET MILITARES.

ARTICULUS PRIMUS.

Quoad ea quæ concernunt Religiones in genere.

SUMMARIUM.

- 1 **R**ELIGIO unde dicta, ad num. 3.
- 2 Religio, seu status religiosus quid sit.
- 3 Religiosus, seu regularis quid sit.
- 4 Religiosus, & regularis idem significant, & solum differunt, quod Religiosus tenet à verbo Religio: Regularis vero à Regula.
- 5 Tria vota sunt de essentia religionis: scilicet, obedientiæ, & castitatis perpetuæ, sunt omnino de essentia religionis; adeo ut sine illis religio aliqua proprie dicta nullatenus consistere possit.
- 6 Tria dicta vota sunt de essentia religionis ex jure divino: adeo ut nec Papa possit dispensare in sensu corporis, quod aliquis sit, & maneat proprie religiosus, & tamen non sit adstrictus tribus allegatis votis, quomodo ex aliqua gravi causa bonum commune concernente possit dispensando ex religio facere non religiosum, & ei concedere facultatem ad seculum redeundi, & subendi.
- 7 Assertur ratio.
- 8 Status religiosus à Christo Domino sine institutus, eo invitante, & hortante, statim ab initio ecclesie fuit susceptus ab ipsis Apostolis, ac aliis Christi discipulis.
- 9 Dicitur tria vota potius, quam alia fuerunt constituta pro essentia status religiosi: quia per ea homo perfectus se consecrat, & unit Deo.
- 10 Ante adventum Christi nulla fuit vera, & proprie dicta religio cum d. tribus essentialibus votis.
- 11 Quomodo in lege nature, & in lege scripta quadam religiosi status vestigia ac figura fuerint, tamen pro tunc nulla fuit vera, & proprie dicta religio cum professione dictorum trium essentialium votorum.
- 12 Verus, & perfectus status religiosus secundum essentiam cum tribus dictis votis fuit primo, & immediate institutus à Christo Domino.
- 13 Secundum autem peculiare, & certas vivendi regulas religionis essentia superaddita, fuerunt à variis præfatis, & Sanctis Fundatoribus variæ religiones institutæ, & ab Ecclesia approbatæ.
- 14 Quomodo dicta tria vota pro essentia status religiosi fuerint à Christo Domino instituta, tamen eorum solemnitas à sola Constitutione ecclesie fuit inventa.
- 15 Quomodo omnes religiones conveniant in substantia dictorum votorum, & in fine principali tendent mediis ipsis votis ad perfectionem, tamen differunt in accidentibus.
- 16 Hinc religio alia est contemplativa, alia activa, & alia mixta.
- 17 Contemplativa quæ sit.

- 18 Abiva quæ sit.
 - 19 Mixta quæ sit.
 - 20 Insuper religiones alia sunt clericales, alia monachales, alia mendicantes, & alia militares.
 - 21 Religiones clericales quæ sint.
 - 22 Religiones monachales quæ sint.
 - 23 Religiones mendicantes quæ sint, ad n. 26.
 - 24 Religiones militares quæ sint.
 - 25 Professi in illis religionibus militaribus in quibus præter votum paupertatis & obedientiæ, etiam emittitur perfectum, & totale votum castitatis, sunt veri, & proprie dicti religiosi.
 - 26 Professi autem in illis religionibus Militaribus, in quibus non emittuntur omnia dicta tria vota substantialia, quamvis sint, & dici possint religiosi cum addito Militares; Non sunt tamen, nec dici possunt absolute, & simpliciter, proprie, & rigore Religiosi.
 - 27 Utilissimum tempus fuit, & adhuc est ecclesia catholica, vigere in ea religiones.
 - 28 Innocentius III. divinam habuit visionem, qua vidit Lateranensem Ecclesiam convulsis fundamentis ruine propinquam, & jam labentem Seraphici Sancti Patris mei Francisci suppositis humeris sustineri.
 - 29 Hinc in coronatione Pape tercia collecta seu oratio canitur de S. P. N. Francisco.
 - 30 Insuper utilissimum, ac summe expeditum est, quod plures & variæ institutæ sint, & vigent in religio, tamquam confusionis causativa, est vitanda.
 - 31 Religiones in specie, quamvis plures sint, tamen fere omnes sub quatuor principalioribus regulis militantis, videlicet S. Basilii, S. Augustini, S. Benedicti, & S. P. N. Francisci, exceptis aliquibus infra assignandis.
- R**ELIGIO, secundum D. Isidorum lib. 10. etymolog. c. 19. dicitur à relegendo, ibi: religio nominatur à relegendo, quod est verbum compositum ex præpositione re, & lego, legis, & significat semel, atque iterum legere ea, quæ sunt Domini cultus, quia religionis re legit, atque tractat, id est, iterum, atque iterum legit, & tractat ea, quæ ad divinum cultum spectant: quæ enim sunt Domini cultus, frequenter in corde sunt revolvenda, ut dicit D. Thom. 2. 2. quæst. 81. art. 2. juxta illud Prov. 2. In omnibus votis tuis cogita illum.
- Sanctus autem Augustinus lib. 10. de civitate Dei, cap. 4. dicit, quod religio dicitur à relegendo, ibi: Religio ex hoc dicta: quod Deum re-legere debemus, quem amiseramus negligenter, & esse verbum compositum ex præpositione, re & eligo, eligi, quod significat iterum eligere, quod jam erat electum.
- Lactantius Firmianus lib. 4. divin. instit. cap. 24. dicit, quod religio dicitur, & derivatur à relegendo, quod est verbum compositum ex præpositione re, & ligo, ligar, significatque iterum atque iterum ligare id, quod semel erat ligatum; Et tenet etiam D. Augustinus lib. de vera religione, tom. 1. cap. ultim. ubi post multa alia verba inquit: Religat nos uni Omnipotenti Deo vera religio; Et amplectitur etiam S. Thomas 2. 2. quæst. 82. art. 1. & in Opuscul. 19. cap. 1. in princip. ubi dicit: Nomen igitur religionis, ut Augustinus lib. de vera religione innuere videtur, à relegendo sumptum est.
- Religio, seu status religiosus est fidelium à christianæ charitatis perfectionem tendentium editis votis perpetuæ obedientiæ, paupertatis, & castitatis, stabilis in communi vivendi modus ab ecclesia approbatus; Est in re communis.
- Religiosus autem seu regularis est persona, quæ memissis tribus votis substantialibus, in aliqua religione ab ecclesia approbata vivit; ibique abjectis hujus sæculi curis, & perfectionis impedimentis, propriaque abnegata voluntate, & carnis oblectamentis, ad id solum incumbit, ut ad perfectionem veniat, Deoque perfecte serviat. Sic in re communis. Unde religiosus, & regularis idem significant, & solum